ex quatuor elementis componi et
ex quatuor humoribus vegetari
¶ Quintum remedium fuit bap
tismus. Est autem triplex baptis
mus quem xpristus assumpsit.
.s. fluminis. flaminis et sāguinis.
Baptismum fluminis accepit in
Jordane vt aquas sanctificaret.
Omnia eñi elemēta erant immū
da: sed xpristus ea sanctificauit.
Nam sanctificauit terrā per ipsā
gradiendo. Aquam in ipsa se ba
ptizari faciendo. Aerem: non sb
tecto sed in aere mortē paciendo.
Ignem. spiritum sanctū in specie
ignis mittendo. Secundo bapti
sari voluit baptismo sanguinis.
vt nos a peccatis lauaret. Apoc.
i. Lauit nos a peccatis nostris in
sanguine suo. Eiusdem ¶. Laue
runt stolas suas et dealbauerūt
eas in sanguine agni. Patz qꝛ sā
guis xpristi habet dealbare ad in
star lactis. Lac enim dicitur esse
sanguis dupliciter excoctꝰ. Ve
re igitur sanguis xpristi ad istar
lactis habet dealbare: quia nō tan
tum dupliciter sed quadruplicit
fuit excoctꝰ et igne amoris. dolo
ris. compassionis. de quibus su
pradictū est ¶ Tercio fuit bapti
satus baptismo flaminis vt de su
a plenitudine nobis effunderet.
Joh. i. De plenitudine eius oēs
accepimus etc. In aliis enim san
ctis fuit plenitudo instar vasis.
qꝛ hūerunt grāz sufficientē In vᵒ
gine beata fuit plenitudo instar
fontis. qꝛ habuit gratiam iugit
emanantē. In xpristo autē ple
nitudo gratie ad instar fluminis
qꝛ habuit gratiaz omnibus af
fluentem.

Sermo secundus.

Vocabitur nomē eiꝰ ema
nuel. Ysa. vij. Circumci
sio scd̄m bernardum pti
net ad veritatem humanitatis.
Nomen vero gloriam indicat ma
iestatis. Habuit autem xpristꝰ
quatuor ꝓpria nomina et quatuor
cognomina. Propria aūt nomi
na sunt. ihesus. xpristus. filiꝰ dei.
et emanuel. Primum igitur no
men est ihesus quod interpreta
tur salus vel saluator. Ipse enim
saluauit nos a pctō originali. mor
tali et veniali. Ideo dicitur Luc. i.
Ipsē enim saluum faciet popu
lum suū a peccatis eoꝝ. Ad tria
peccata saluanda xp̄s tria vulne
ra accepit. s. vulnꝰ lateris vt salua
ret originale. qꝛ eua de latere viri
erāt formata a qua originale ince
pit. Vulnus manuū vt saluaret
actuale qꝛ ī manibus opatio desi
gnatur. Vulnꝰ vt pedū sanaret
veniale qꝛ p pedes designant affe
ctus Secundū nomen est xp̄us 2
qd interpretatur vnctus. Ipse e
nim fuit vnctus a patre carisma
tis vnctione. Ps. Vnxit te deus
deus tuus etc. A matre vnctione
lacrimationis in morte. Thobie
decimo. Flebat igitur eius mat

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-477/0092
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG